

ORDINIS  
CISTERCIENSIS

DIRECTORIUM

OFFICII DIVINI

2020-2021



AUCTORITATE CAPITULI GENERALIS  
DE MANDATO ABBATIS GENERALIS  
EDITUM

TYPIS MONASTERII POPULETI  
MMXX

In actibus nostris nulla sit discordia, sed

UNA CARITATE

UNA REGULA

SIMILIBUSQUE VIVAMUS

MORIBUS

(Charta Caritatis S.P.N. Stephani)

# BREVIS TEMPORUM RECENSUS

## pro anno Domini 2021

	Anni elapsi
A Nativitate Domini Nostri Iesu Christi	2021
A fundatione Monasterii in Sacro Monte Cassino (529)	1492
A transitu S.P.N. Benedicti, Legislatoris (547)	1474
Ab Ordinis Cisterciensis Institutione (1098)	923
Ab obitu S.P.N. Bernardi (1153)	868
Ab electione Reverendissimi Abbatis Generalis Ordinis Cisterciensis Domni Mauri-Joseph Lepori (2010)	11
Ab electione Summi Pontificis Francisci (2013)	8

## TABELLA DE MISSA ELIGENDA

Dies liturgicus	Missae Ordinatio	Missae conventuales	Missae cum populo non conventuale	Missae sine populo in ecclesia propria	Missae sine populo in ecclesia aliena	Missae ad diversa vel Missae votivae	Missae defunctorum
Dominicae Adventus, Quadragesimae et Paschae	in Ms pr: Gl (extra TP sine Gl) Cr pf pr vel de tempore	2	1	1	3	7	10
Dominicae Nativitatis et "per annum"	In Ms pr: Gl Cr pf de tempore	2	1	1	3	8	12
Feria IV Cinerum et Ferae Hebdomadae sanctae	In Ms pr: pf pr	1	1	1	1	7	12
Ferae Adventus a die 17 ad 25 dec. Ferae Quadragesimae	in Ms pr: pf de tempore	4	4	4	3	8	13
Ferae Adventus usque ad diem 16 dec Ferae temporis Nativitatis Ferae temporis paschalis	in Ms pr: pf de tempore	5	5	5	3	9	13
Ferae per annum	in Ms de dom: pf de tempore	6	6	6	3	6 d	14
Sollemnitatis	in Ms pr vel de Co: Gl Cr pf pr vel de Co	1	1	1	1	7	11
Dies infra octv Paschae	in Ms pr: Gl sine Cr pf pasch I	1	1	1	1	7	12
Festum	in Ms pr vel de Co: Gl sine Cr pf pr vel de Co	2	1	1	3	8	12

## TABELLA DE MISSA ELIGENDA

Dies liturgicus	Missae Ordinatio	Missae conventuales	Missa cum populo non conventuale	Missa sine populo in ecclesia propria	Missa sine populo in ecclesia aliena	Missa ad diversa vel Missa votiva	Missa defunctorum
Dies infra octv Nativit	in Ms pr: Gl sine Cr pf Nativ Domini	4	4	4	3	8	13
Memoria obligatoria	in Ms pr vel de Co: sine Gl sine Cr pf pr vel de tempore (non vero de Co)	2	1	1	3	9	13
Commemoratio omnium fidelium def	in 3 Mss prr: pf def	1	1	1	1	7	12
Anniversarium def	in Ms de anniversario def: pf def	2	2	2	3	8	12
OM in feriis Quadragesimae	in Ms de feria: pf de tempore	4	4	4	3	8	12
OM in feriis Adventus usque ad diem 16 dec, temporis Nativitatis et temporis paschalis	in Ms de feria: pf de tempore	5	5	5	3	9	13
OM in feriis per annum	in Ms de anniversario def: pf def	2	6	6	3	15	14

1 = Missa dicitur iuxta calendarium ecclesiae, in qua celebratur.

2 = Missa celebratur iuxta calendarium monasterii.

3 = Sacerdos Missam eligere potest

a) vel iuxta calendarium ecclesiae, in qua celebrat,

b) vel iuxta calendarium proprium.

4 =

- a) Missa celebratur de die occurrente;
- b) In hac Missa ad libitum sumi potest collecta de Memoria eo die forte in calendario inscripta.

5 = Selegi potest

- a) aut Missa de feria,
- b) aut Missa de Sancto, cuius fiat Memoria ad libitum,
- c) aut Missa de Sancto eo die in Martyrologio inscripto.

6 = Selegi potest

- a) aut una de 34 Missis pro dominicis et feriis per annum, in qua tamen orationes (vel collecta tantum) sumi possunt ex alia harum 34 Missarum, vel ex Missi orationibus pro variis necessitatibus,
- b) aut Missa de Sancto, cuius fiat Memoria ad libitum,
- c) aut Missa de Sancto, eo die in Martyrologio inscripto,
- d) aut Missa pro variis necessitatibus,
- e) aut Missa votiva, etiam de Sancto, alio die in Martyrologio inscripto,
- f) aut quaevis Missa defunctorum, dummodo pro defunctis revera applicetur.

7 = Nulla permittitur Missa pro variis necessitatibus aut votiva.

8 = Missa pro variis necessitatibus vel votiva celebrari potest de mandato vel licentia Ordinarii.

9 =

- a) Pro Missa conventuali, si qua vera necessitas vel utilitas pastoralis id postulet, adhiberi potest —de iudicio Abbatis vel Abbatis-sae— Missa huic necessitati vel utilitati respondens.

Talis Missa eligi potest e. g.:

1) prima feria VI cuiusvis mensis SS Cordi Iesu dicata, — 2) Feria V ante (aut sabbato post) supradictam feriam VI, aut aliis diebus, quae aliquibus in dioecesibus dicatae sunt peculiaribus supplicationibus pro sacerdotibus ac pro vocationibus sacerdotalibus et religiosis fovendis — 3) tempore Adventus aliquibus in dioecesibus Missa votiva *Rorate*.

b) Eadem valent pro Missa cum populo celebrata de iudicio rectoris ecclesiae vel ipsius sacerdotis celebrantis.

c) Pro Missa sine populo vide supra 6.

10 = Nulla permittitur Missa defunctorum; loco Missae exsequialis sumitur Missa de dominica.

11 =

a) In Sollemnitate de praecepto nulla permittitur Missa defunctorum; loco Missae exsequialis sumitur Missa de ipsa Sollemnitate.

b) In Sollemnitate, quae non est de praecepto, Missa exsequialis celebrari potest (IM, 336).

12 = Sola Missa exsequialis permittitur, exceptis feria 5 Hebdomadae Sanctae et Triduo Sacro.

13 = Permittitur

a) Missa exsequialis,

b) Missa post acceptum mortis nuntium,

c) Missa in ultima sepultura defuncti,

d) Missa in primo anniversario die (IM, 337).

14 = Permittuntur omnes Missae defunctorum, dummodo pro defunctis revera applicentur, in OM vero Missa conventualis dicitur de anniversario defunctorum.

15 =

- a) Pro Missa conventuali vide supra 9 a; OM anticipatur vel transfertur in aliam feriam.
- b) Pro reliquis Missis vide supra 6 d.

## DE MISSA ORDINANDA

Missae tum totius Ordinis cum Congregationum et Monasteriorum ordinantur hoc modo:

In Missis semper dicitur oratio unica.

In *dominiciis* dicitur

Missa propria cum (in Adventu et in Quadragesima sine) *Gloria*, cum *Credo*, cum praefatione propria vel de tempore.

In *Sollemnitatibus* dicitur

Missa propria vel de Communi Sanctorum cum *Gloria*, cum *Credo*, cum praefatione propria vel de Communi.

In *diebus infra octavam* dicitur

Missa propria cum *Gloria*, sine *Credo*, cum praefatione de Sollemnitate respectiva.

In *Festis* dicitur

Missa propria vel de Communi Sanctorum cum *Gloria*, sine *Credo*, cum praefatione propria vel de Communi.

In *Memoriis* dicitur

Missa propria vel de Communi Sanctorum sine *Gloria*, sine *Credo*, cum praefatione propria — vel de tempore aut (ad libitum) de Communi.

In *feriis* dicitur Missa propria vel de dominica sine *Gloria*, sine *Credo*, cum praefatione de tempore.



In peculiaribus celebrationibus sollemnioribus dicitur *Gloria* et dici potest *Credo*.

In *feriis Adventus a die 17 ad 24 dec, feriis Quadragesimae* et *diebus infra octavam Nativitatis Domini*, loco collectae diei, ad libitum sumi potest collecta de Memoria eo die forte in calendario inscripta.

In *feriis Adventus usque ad diem 16 dec, feriis temporis Nativitatis et feriis temporis paschalis* vide supra n° 5.

In *feriis per annum* vide supra n° 6.

Lectiones Missae in Lectionario pro *Sollemnitatibus* et *Festis* assignatae semper sunt propriae.

In *Memoriis* Lectionarium feriale de more adhibeatur, nisi lectio prior vel evangelium vel utraque lectio sit propria, quod semper in Directorio indicatur. Pro ceteris autem casibus, lectiones de Memoria adhibeantur tantum, si peculiare rationes, praesertim indolis pastoralis, id suadeant.

## DE ORDINANDA LITURGIA HORARUM

(cf. *Ordo Missae celebrandae et Divini Officii persolvendi secundum  
Calendarium Romanum generale*)

### I. IN DOMINICIS (IH, 204-207)

- a) Omnia dicuntur ut in Ordinario, in Psalterio et in Proprio, secundum temporum diversitatem.
- b) Dicuntur I et II Vesperae.
- c) In Vigiliis dicitur *Te Deum*.

### II. IN SOLLEMNITATIBUS (IH, 225-230)

- a) Dicuntur I Vesperae, ut in Proprio vel Communi.
- b) Completorium subsequens de more vel de dominica post I Vesperas.
- c) Ad Vigilias, omnia ut in Proprio vel Communi; semper dicitur *Te Deum*.
- d) Ad Laudes matutinas, omnia ut in Proprio vel Communi, cum psalmis festivis vel dominicae (hebdomadae I).
- e) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam):
  1. hymnus ut in Ordinario;
  2. antiphona, lectio brevis, versus et oratio ut in Proprio vel Communi;
  3. quoad psalmodiam:
    - si sollemnitati psalmi proprii adsignatur, iidem dicendi sunt ad unam ex his Horis; qui ceteras duas Horas persolvunt, psalmos sumant proprios vel de currenti hebdomadae die;
    - si sollemnitas psalmis propriis careat et in dominica occurrat, ad unam ex his Horis psalmi dominicae (hebdomadae I) dicendi sunt; qui ceteras duas Horas persolvunt, psalmos sumant item de dominica;
    - secus, omnes psalmi e psalmodia festiva vel de currenti hebdomadae die.

- f) Ad II Vesperas, omnia ut in Proprio vel Communi.
- g) Completorium subsequens de more vel de dominica post II Vesperas.

### III. IN FESTIS (IH, 231-233)

- a) I Vesperae dicuntur tantum in festis Domini, quae in dominica occurrunt eique praevalet.
- b) Completorium subsequens de more vel de dominica post I Vesperas.
- c) Ad Vigiliis, omnia ut in Proprio vel Communi; semper dicitur *Tē Deum*.
- d) Ad Laudes matutinas, omnia e Proprio vel Communi, cum psalmis festivis vel dominicae (hebdomadae I).
- e) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam):
  - 1. hymnus ut in Ordinario;
  - 2. ad unam ex his Horis antiphonae (nisi propriae habeantur) et psalmi de currenti hebdomadae die; qui ceteras Horas persolvunt, psalmos sumant item de currenti hebdomadae die;
  - 3. lectio brevis, versus et oratio ut in Proprio vel Communi.
- f) Ad Vesperas, omnia ut in Proprio vel Communi.
- g) Completorium subsequens de more vel de currenti hebdomadae die.

### IV. IN MEMORIIS (IH, 220, 234-236)

- a) I Vesperae non dicuntur.
- b) Ad Laudes matutinas, Vesperas et Vigiliis:
  - 1. psalmi cum suis antiphonis de feria currenti, nisi forte adsint antiphonae propriae vel psalmi proprii, qui singulis locis indicantur;
  - 2. antiphona ad invitatorium, hymni, lectiones breves cum suo responsorio brevi vel versu, antiphonae ad *Benedictus* et ad *Magnificat*, preces
    - si propria adsignantur, dicenda sunt de memoria;
    - secus eligi possunt de feria vel e Communi;
  - 3. oratio de memoria.

- c) Ad Vigiliis:
  1. lectio prior biblica de feria currenti cum suo responsorio;
  2. lectio altera est hagiographica, cum responsorio proprio vel de Communi; quae si deest, dicitur lectio patristica feriae currentis cum suo responsorio;
  3. non dicitur *Te Deum*.
- d) Ad Tertiam, Sextam et Nonam (seu ad Horam mediam) itemque ad Completorium: omnia de feria currenti, nisi partes propriae adsignentur.

## V. IN FERIIS

- a) Omnia dicuntur ut in Ordinario, in Psalterio et in Proprio, secundum Temporum diversitatem.
- b) Ad Vigiliis numquam dicitur *Te Deum*.
- c) Oratio ad Vigiliis e Proprio sumitur; ad ceteras Horas, tempore per annum sumitur e Psalterio, ceteris temporibus e Proprio.

## DE MEMORIIS QUAE CELEBRATIONE PLENA PRIVANTUR

Memoriae quae diebus a 17 ad 31 decembris et feriis Quadragesima occurrunt (exclusis feria IV Cinerum et Hebdomada sancta), hoc modo tantum celebrari possunt:

- a) in Vigiliis, post lectionem e Patribus in Proprio de Tempore cum suo responsorio, addatur lectio hagiographica propria cum suo responsorio et oratio de Sancto;
- b) ad Laudes matutinas et Vesperas, post orationem, ommissa conclusione, addantur antiphona et oratio de Sancto;
- c) ad Missam diei currentis dici potest collecta de Sancto, qui in calendario generali inscribitur.

## DE PSALMORUM SERIE

Die 1 ianuarii et in dominicis sequentibus notatum est sub die mensis “Ps I” (= Psalmorum series I) vel “Ps II” (= Psalmorum series II). Haec notatio attinet monasteria, quae Breviario Cisterciensi, anno 1951 apud Westmalle edito, utuntur et quae adhibere desiderant schema s.d. “Heufelder”. Inde ab anno 1989 haec notatio conformatur ad “Liturgiam Horarum Ordinis Cisterciensis” ex Abbatia S. Crucis in Austria anno 1978 editam et etiam ad alios libros “Liturgiae Horarum Monasticae” qui Psalterium per duas hebdomadas ordinant, nempe:

Cyclus duarum hebdomadarum Psalterii ita cum anno liturgico connectitur, ut semper resumatur in I dominica Adventus et continuetur usque ad festum In Baptismate Domini exclusive.

Iterum resumitur in hebdomada I “per annum” et in dominica I Quadragesimae.

Cyclus denuo resumitur in dominica I Paschae. Post vero Pentecosten incipitur ab hebdomada Psalterii, quae respondet numero hebdomadarum “per annum”.

## DE VARIATIONE INDUCENDA IN N. 5 «NORMARUM UNIVERSALIUM DE ANNO LITURGICO ET DE CALENDARIO»

«Propter suum peculiare momentum, dominica suam cedit celebrationem solummodo sollemnitatibus necnon festis Domini; dominicae vero Adventus, Quadragesimae et Paschae super omnia festa Domini et super omnes sollemnitates praecedentiam habent. Sollemnitates autem in his dominicis occurrentes *ad feriam secundam sequentem* transferuntur, nisi agatur de occurrentia in Dominica in Palmis aut in Dominica Resurrectionis Domini».

Ex Decreto Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum de die 22 aprilis 1990.

DE SUFFRAGIIS PRO DEFUNCTIS NOSTRIS  
(iuxta decisiones Capituli Generalis Ordinis nostri anni 1995)

Capitulum Generale statuet de suffragiis pro defunctis nostris tantum normas generales, sed singularum Congregationum erit statuere normas speciales (vel applicare ad adiuncta particularia normas generales).

### **Introductio theologica**

In vita christiana pietas cultusque erga defunctos a primaevis temporibus Ecclesiae et Ordinis nostri semper magni momenti fuit. In commemoratione defunctorum exprimitur communio sanctorum qua, inter se communicantibus omnibus Christi membris, aliis impetratur spirituale opus, aliis offertur spei solacium. In cultu mortuorum nos christiani spem vitae aeternae utique affirmare et paschalem mortis christianae indolem manifeste exprimere satagimus. Ideo sacrificium eucharisticum Paschatis Christi pro defunctis offert Ecclesia, precesque atque suffragia pro illis effundit, ut illi qui Christi mortui et suscitati per Baptismum concorporales facti sunt, cum ipso per mortem transeant ad vitam, in anima quidem purificandi et cum sanctis et electis in caelum assumendi, in corpore vero exspectantes beatam spem adventus Christi et resurrectionem mortuorum.

### **1. De Commemorationibus (Anniversariis sollemnibus) defunctorum**

Praeter Commemorationem omnium fidelium defunctorum diei 2 novembris Ordo noster celebrat quotannis duas Commemorationes defunctorum:

- a) die 18 septembris: Commemoratio omnium ab anno defunctorum totius familiae cisterciensis, celebranda ut officium sollemne.
- b) die 14 novembris: Commemoratio omnium defunctorum qui sub

Regula S.P.N. Benedicti militaverunt, celebranda ut officium festivum.

In his commemorationibus omnes Missae applicantur pro defunctis, nisi superior (superiorissa) aliter statuere vult.

## **2. De commemoratione mensis (Officio mensis)**

Semel in mense die in “Directorio Divini Officii” Ordinis proposito fiat Commemoratio omnium defunctorum ut “officium votivum”. Saltem Missa conventualis applicanda est pro defunctis.

## **3. De Commemoratione quotidiana defunctorum**

Praeter suffragia quotidiana pro defunctis in celebratione Sacrae Eucharistiae necnon Liturgiae Horarum et iuxta usus locales dicatur in monasteriis, ubi mos viget, post lectionem quotidianam necrologii psalmus “De profundis” et oratio congrua.

## **4. De suffragiis in obitu alicuius fratris vel sororis e gremio**

Praeter ea quae “Rituale Cisterciense” in obitu alicuius fratris vel sororis proponit, ab Ordine nostro haec observentur:

- a) Pro fratre vel sorore defuncto(a), praeter Missam exequialem, ter Missa conventualis celebretur vel concelebretur, exempli gratia: de tertia, septima et tricesima post obitum, iuxta rubricas. Si ero apud monachos quis sacerdotum aut Missae conventuali interesse aut pro defuncto Missam conventualem applicare nequit, se agat iuxta dispositionem superioris.
- b) Ubi mos est, 30 Missae (“Gregorianae”) pro fratre vel sorore defuncto(a) celebrari possint.
- c) Valde commendatur, ut per 30 dies nomen fratris vel sororis

defuncti(ae) in prece universali Missae vel in Prece Eucharistica vel in precibus (litanii) ad Vesperas dicatur.

- d) Iuxta traditionem antiquam et cisterciensem pro fratre vel sorore defuncto(a) aliqua opera caritatis vel eleemosynae offerantur. Superior (superiorissa) statuere potest aliquod suffragium amplius faciendum (exempli gratia: orationes particulares).
- e) Brevia mortuaria ad alia monasteria Ordinis totiusque familiae cisterciensis mittantur et ea in singulis communitatibus modo a superiore (superiorissa) statuto omnibus nota fiant.

## **5. De suffragiis pro aliis defunctis**

- a) Post acceptum mortis nuntium fratrum vel sororum Ordinis nostri totiusque familiae cisterciensis necnon familiarum, patrum, matrum, fratrum, sororum et sponsorum ac filiorum nostrorum, in unaquaque communitate praeter commemorationem mensis, omnes faciant pro defuncto(a) pium opus quod sibi melius visum fuerit aut quod superior (superiorissa) indicaverit.
- b) in prece universali Missae (vel in prece Eucharistica) vel in precibus (litanii) ad Vesperas nomen defuncti(ae) inseri potest.
- c) Post acceptum mortis nuntium Summi Pontificis, Episcopi dioecesani, Abbatis Generalis, Abbatis (vel Abbatissae) Praesidis Congregationis (vel Abbatissae Praesidentis Foederationis) et Patris Immediati pro eo (ea) Missa conventualis celebretur.



## CLAVIS SIGNORUM ET ABBREVIATIONUM

✠	Festum de praecepto
A, AA	Abbas, tes
ad lib	ad libitum
ant	antiphona, ae
Ap, App	Apostolus, i
AS	Anniversarium praecipuum defunctorum
B, Bb	Beatus (a), i (ae)
Ben	canticum <i>Benedictus</i> in Laudibus
cath	cathedralis
Co	Commune Sanctorum
Com	Commemoratio
comm	communis
conv	conventualis
Cr	<i>Credo in unum Deum</i>
D, DD	Doctor, es
Def	defunctus, i
Diac, Diacc	Diaconus, i
dom	dominica
E, EE	Episcopus, i
Er, Err	Eremita (ae)
Ev	Evangelista
fer	feria, iis
Fest	Festum
Gl	<i>Gloria in excelsis Deo</i>
hebd	hebdomada
IH	Institutio generalis de Liturgia Horarum
IM	Institutio generalis Missalis Romani
Ld	Laudes matutinae
M, MM	Martyr, es
Mem	Memoria

Mgn	canticum <i>Magnificat</i> in Vesperis
Mon, Monn	Monachus, i; Monialis, es
Ms, Mss	Missa, ae
n, nn	numerus, i
octv	octava
Off	Officium
OM	Missa pro Anniversario mensis
ON	Ordinis Nostri
or, orr	oratio, nes
P, PP	Presbyter, i
p, pp	pagina, ae
PE	Prex eucharistica
pf	praefatio
Pp	Papa
Pr	Proprium (de Tempore vel Sanctorum)
pr	proprius, a, um
praec	praecedens
Ps	Psalmorum series
ps, pss	psalmus, i
Rel, Rell	Religiosus (a), i (ae)
R, RR	Responsorium, a
S, Ss	Sanctus (a), i (ae)
seq	sequens
Soll	Sollemnitas
TP	Tempus Paschale
v, vv	versiculus, i
V, VV	Virgo, ines
Vg	Vigiliae nocturnae
Vp	Vesperae

Ceterae abbreviationes non egent explicatione

# ANNO LITURGICO 2020-2021

## Celebrationes mobiles

Dominica I Adventus	29 nov.
Sanctae Familiae	27 dec.
Epiphania Domini	6 ian.
— ubi in dominicam transfertur	3 ian.
Baptisma Domini	10 ian.
Dies Cinerum	17 febr.
Dominica in Palmis	28 mart.
Dominica Resurrectionis	4 apr.
Ascensio Domini	13 maii
— ubi in dominicam transfertur	16 maii
Dominica Pentecostes	23 maii
Ss.mae Trinitatis	30 maii
Ss.mi Corporis et Sanguinis Christi	3 iunii
— ubi in dominicam transfertur	6 iunii
Ss.mi Cordis Iesu	11 iunii
D.N. Iesu Christi universorum Regis	21 nov.

## Lectionarium

Dominicale et festivum: B

Feriale: I

## ANNO DOMINI 2020

<i>Numerus aureus</i>	7
<i>Epacta</i>	V
<i>Indictio Romana</i>	13
<i>Littera dominicalis</i>	e d
<i>Littera Martyrologii</i>	e

### TEMPUS ADVENTUS

#### **Animadvertenda pro tempore Adventus usque ad diem 16 decembris**

1. In feriis, in quibus non occurrat memoria obligatoria, eligi potest aut Officium et Missa de feria aut Officium et Missa de Sancto eo die in calendario vel in Martyrologio inscripto (IH, 244; IM, 355 *b*).
2. Missae pro variis necessitatibus et votivae permittuntur solummodo si vera necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM, 376).  
Missae cotidianae defunctorum prohibentur (IM, 381).
3. In Officio feriali, ant. ad Invitatorium, hymni ad Vigilias, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horas minores de Tempore sumuntur.
4. Organum aliaque musica instrumenta adhibeantur, et altare floribus ornatur ea moderatione, quae indoli huius temporis conveniat, quin tamen plenam laetitiam Nativitatis Domini praeveniat (*Caer. Ep.*, n. 236).
5. Genuflectimus ad formas in Officio feriali usque ad Vigilias diei 24 decembris inclusive.

## NOVEMBER 2020

28 Sabb

Viol Vp de dom seq

In Vp ant BMV "Alma Redemptoris Mater" extra stalla.

---

29 Viol ✘ **Dom 1 Adventus De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Cr, pf 1 Adv

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

In Ld ant BMV "Sub tuum praesidium" per totum annum extra stalla.

**Austria, Germania, Helvetia:** Hebdom Quat Temp

**Lilienfeld, S Andrés:** Vp de Soll seq

---

30 Rub Fer 2 **S Andreae** Ap **Fest**

Ms fest, Gl, lectiones pr, pf App

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

**Lilienfeld:** (Alb) In Dedic basilicae Soll

**S Andrés:** Soll

---

# DECEMBER 2020

OM: 1

1 Viol Fer 3 **De ea — OM**

Ms fer, pf 1 Adv. Ms conv pro OM applicanda est

**Lérins:** (Alb) S Leontii E Mem

**Lilienfeld:** (Rub) S Andreae Ap Fest

**Vyšší Brod:** (Rub) S Edmundi Kampian P M Mem

---

2 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf 1 Adv

**Viêt-Nam:** Vp de Soll seq

---

3 Alb Fer 5 **S Francisci Xavier P Mem**

Ms mem, pf 1 Adv aut de sancto

**Viêt-Nam:** Soll

**Stiepel:** (Alb) S Immae de Stiepel, Fundatrix ecclesiae Fest

---

4 Viol Fer 6 **De ea**

Alb — vel: **S Ioannis Damasceni P D Mem ad lib**

Rub — vel: **Bb Pii Heredia Zubía P et Soc MM ON Mem ad lib**

Ms fer, pf 1 Adv; vel unius e mem, pf 1 Adv aut de sanctis

**Polonia:** (Rub) — vel: S Barbarae V M Mem ad lib

**Langwaden:** (Alb) — vel: B Adolphi Kolping P Mem ad lib

**Lilienfeld, Marienfeld, Marienkron, Rein, Schlierbach, Seligenenthal, Stiepel, Vyšší Brod, Wilhering, Zwettl:** (Rub) S Barbarae V M Mem

---

5 Viol Sabb **De eo**

- Alb — vel: **S Sabbae A Mem ad lib**  
 Ms fer, pf 1 Adv; vel mem, pf 1 Adv aut de sancto; vel de **S Galgano** Er (Alb), pf 1 Adv aut de sancto
- Viol Vp de dom seq  
**Congr S Bernardi:** (Alb) S Galgani Er Mem — Vp de dom seq  
**Langwaden:** (Alb) — vel: S Annonis E Mem ad lib — Vp de dom seq  
**Piona, Waldsassen:** Vp de Soll seq
- 
- 6 Viol ✕ **Dom 2 Adventus De ea** (*Ps II*)  
 Ms dom, Cr, pf 1 Adv  
 Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.  
**Piona, Waldsassen:** Vp de dom
- 
- 7 Alb Fer 2 **S Ambrosii E D Mem**  
 Ms mem, pf 1 Adv aut de sancto
- Alb Vp de Soll seq  
 Hodie in Vp et cras in Vg, Ld et Vp hymni atque ant ad Mgn et Ben dicuntur extra stalla, necnon ad orr (etiam in Ms conv) incurvamur extra stalla, quod servatur in omnibus Soll et in Fest BMV.  
**Chiaravalle Milanese:** Fest — Vp de Soll seq  
**Piona:** (Alb) S Nicolai E Soll translata — Vp de Soll seq  
**Waldsassen:** (Alb) In Dedic eccl Soll translata — Vp de Soll seq
- 
- 8 Alb ✕ Fer 3 **IN CONCEPTIONE IMMACULATA BMV Soll**  
 Ms soll, Gl, lectiones pr, Cr, pf pr  
 Ante Ms conv processio sollemnis, ubi mos est.  
 Prohibentur aliae celebrationes et, ubi sollemnitas est de praecepto servanda, etiam Missa exsequialis.

**Marienkron, S Domingo de Silos:** Vp de Soll praec

---

9 Viol Fer 4 **De ea**

Alb — vel: **S Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin Mem ad lib**

Ms fer, pf 1 Adv; vel mem, pf 1 Adv aut de sancto; vel de **S Gerardo** A M ON (Rub), pf 1 Adv aut de sancto

**Congr S Bernardi:** (Rub) S Gerardi A M ON Mem

**Marienkron:** (Alb) In Dedic eccl Soll

**Pavia:** (Alb) S Syri E Fest

**S Domingo de Silos:** (Rub) S Leocadiae M Soll

---

10 Viol Fer 5 **De ea**

Alb — vel: **BMV de Loreto Mem ad lib**

Ms fer, pf 1 Adv; vel mem, pf 1 Adv aut BMV

In omnibus Mem BMV ant ad Ben et ant ad Mgn dicuntur extra stalla, necnon ad orr in Ld, in Ms conv et in Vp incurvamus extra stalla.

**Vallbona:** Vp de Soll seq

---

11 Viol Fer 6 **De ea**

Alb — vel: **S Damasi I Pp Mem ad lib**

Alb — vel: **B David Mon ON Mem ad lib**

Ms fer, pf 1 Adv; vel unius e mem, pf 1 Adv aut de sanctis

**Congr Augiensis:** (Alb) B David Mon ON Mem

**Vallbona:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

12 Viol Sabb **De eo**

Alb — vel: **BMV de Guadalupe Mem ad lib**

Ms fer, pf 1 Adv; vel mem, pf 1 Adv aut BMV

Viol Vp de dom seq



Hodie ad Vp et cras (dom Gaudete) organa aliaque instrumenta musica pulsari et paramenta coloris rosacei adhiberi possunt.

**America:** (Alb) BMV de Guadalupe, totius Americae Patronae Fest — Vp de dom seq

**Heiligenkreuz, Neukloster:** (Alb) S Hartmani E de Brixen Mem — Vp de dom seq

---

13 Viol ✕ **Dom 3 Adventus De ea** (*Ps 1*)

Ms dom, Cr, pf 1 Adv

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

**S Lucía:** Vp de dom

---

14 Alb Fer 2 **S Ioannis a Cruce P D Mem**

Ms mem, pf 1 Adv aut de sancto

**S Lucía:** (Rub) S Luciae V M Soll translata

---

15 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf 1 Adv

---

16 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf 1 Adv

**Hauterive:** (Alb) S Adelaidis Imperatricis Mem

---

**Animadvertenda pro diebus a 17 ad 24 decembris**

1. Feriae Adventus a die 17 ad 27 decembris praevalent super memorias Sanctorum, quae proinde forma tantum peculiari celebrari possunt a normis liturgicis statuta (IH 237-239; IM 355 *a*; cf. p. 12).

2. Missae pro variis necessitatibus permittuntur solummodo si gravior necessitas vel utilitas pastoralis id postulet (IM 374).

Missae votivae et cotidianae defunctorum prohibentur (IM 381).

3. Pro Liturgia Horarum:

- a) antiphona ad Invitatorium, hymni ad Vigiliis, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horas minores de Tempore sumuntur;
- b) antiphonae propriae proponuntur pro psalmis ferialibus Laudum et Vesperarum;
- c) lectiones et antiphonae dantur propriae, quae dici debent diebus mensis ipsis assignatis, omissis iis quae feriis hebdomadae 3 Adventus tribuuntur.
4. In celebratione eucharistica cyclus lectionum datur proprius diebus a 17 ad 24 decembris, quae dici debent loco lectionum ad ferias hebdomadae 3 vel 4 Adventus pertinentium.
5. Singulis diebus a 17 ad 23 decembris, ad Magnificat dicitur una ex antiphonis maioribus «O» extra stalla.

17 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf 2 Adv

---

18 Viol Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf 2 Adv

**Valvisciolo:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

---

19 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf 2 Adv

Viol Vp de dom seq

---

20 Viol ✠ **Dom 4 Adventus De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Cr, pf 2 Adv

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.  
Officium de dominica IV Adventus. Antiphonae O de die currenti.

**S Domingo de Silos:** Vp de dom

---

21 Viol Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf 2 Adv. Fieri potest mem **S Petri Canisii** P D, modo p. 12 indicato — exceptis locis, ubi celebratur die 27 aprilis

**S Domingo de Silos:** (Alb) S Dominici Silensis A Soll translata

---

22 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf 2 Adv

**Vyšší Brod:** (Alb) In dedic eccl cath Fest

---

23 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf 2 Adv. Fieri potest mem **S Ioannis de Kęty** P, modo p. 12 indicato — excepta Polonia, ubi celebratur die 20 oct

---

24 Viol Fer 5 **De ea**

Ms matutina fer, pf 2 Adv

Ad Ld et per horas Off fit festivum ideoque non genuflectimus ad formas.

“Benedicamus Domino” et ad horas hymni in tono dom canuntur.

Ad Ben ant dicitur extra stalla.

In Capitulo: Pronuntiato ab Invitatore sollemnitatis praeconio surgit Conventus ac procumbit super faciem in plano et dicit *Pater et Ave* sub silentio.

### TEMPUS NATIVITATIS

Alb Ms vespertina vigiliae, Gl, Cr, pf Nat

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Hodie et cras in omnibus Missis ad verba symboli *Et incarnatus... homo factus est* uno genuflectitur si recitentur, utroque si canantur.

Prohibentur omnes aliae Missae vespertinae etiam defunctorum.

Alb Vp de Soll seq

Completorium non dicitur ab iis qui Vg et Ms in nocte intersunt.

---

25 Alb ✕ Fer 6 **IN NATIVITATE DOMINI Soll** cum octv

Ms soll, Gl, Cr, pf Nat

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Omnes sacerdotes tres Missas celebrare vel concelebrare possunt, dummodo hae suo tempore celebrentur.

Qui unam tantum Missam celebrat, eam sumat quae respondet horae diei.

Sacerdos hodie ter celebrans potest tres eleemosynas percipere.

In Missa Sollemni in nocte ad Gl pulsantur campanae. Fideles qui in hac Missa communicaverint, iterum ad Communionem accedere possunt in Missis quae in die celebrantur. Missa in aurora etiam in conventu sollemnis celebrari potest. Post Tertiam Missa conventualis sollemnis de die.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

**Heiligenkreuz, Marienfeld, Neukloster:** Vp de Soll praec

---

26 Rub Sabb **S Stephani** Protomartyris **Fest**

Ms fest, Gl, lectiones pr, pf Nat. Ubi haec dies tamquam festiva servatur, dici potest Cr

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

Liturgia Horarum festi. Vesperae Octavae.

Per totam octv ad Ben et Mgn ant dicuntur extra stalla, atque “Benedicamus Domino” et ad horas minores hymni in tono dom canuntur.

Alb Vp de Fest seq

**Congr S Familiae // Apolo:** Vp de Soll seq

**Heiligenkreuz, Marienfeld, Neukloster:** Soll — Vp de Soll praec

---

27 Alb ✠ **Dom 1 post Nativitatem Sanctae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph Fest** (*Ps I*)

Ms fest, Gl, Cr, pf Nat

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

**Congr S Familiae // Apolo:** Soll

---

28 Rub Fer 2 **Ss Innocentium** MM **Fest**

Ms fest, Gl, lectiones pr, pf Nat

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

Liturgia Horarum festi. Vesperae Octavae.

29 Alb Fer 3 **De 5 die infra octavam Nativitatis Domini**

Ms octv, Gl, pf Nat. Fieri potest mem **S Thomae Becket** E M, modo p. 12 indicato

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali aut in primo anniversario.

Liturgia Horarum Octavae.

Ad Sextam in Cap dicitur: "... et opera manuum tuarum sunt coeli".

---

30 Alb Fer 4 **De 6 die infra octavam Nativitatis Domini**

Ms octv, Gl, pf Nat

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali aut in primo anniversario.

Liturgia Horarum Octavae.

**Marienfeld:** Fieri potest mem S Catharinae Labouré V, modo p. 12 indicato

---

31 Alb Fer 5 **De 7 die infra octavam Nativitatis Domini**

Ms octv, Gl, pf Nat. Fieri potest mem **S Silvestri I** Pp modo p. 12 indicato

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali aut in primo anniversario.

Liturgia Horarum Octavae.

Alb Vp de Soll seq

---

# ANNO DOMINI 2021

<i>Numerus aureus</i>	8
<i>Epacta</i>	XVI
<i>Indictio Romana</i>	14
<i>Littera dominicalis</i>	c
<i>Littera Martyrologii</i>	r

## IANUARIUS 2021

OM: 14

1 Alb    ✠ Fer 6 in octava Nativitatis Domini **SANCTAE DEI GENETRICIS MARIAE Soll**

Ms soll, Gl, Cr, pf BMV *Et in Maternitate*

In PE I dicitur *Communicantes* Nat.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis. Ubi tamen haec soll non est de praecepto servanda, permittuntur Missae exsequiales.

Ante Ms conv processio sollempnis, ubi mos est.

Hodie agitur dies paci fovendae dicatus.

---

### **Animadvertenda pro feriis temporis Nativitatis**

1. In feriis Nativitatis a die 2 ianuarii, in quibus non occurrat memoria obligatoria, eligi potest aut Officium et Missa de feria aut Officium et Missa de Sancto eo die in calendario vel in Martyrologio inscripto (IH, 244; IM, 355 b).

2. Missae pro variis necessitatibus et votivae permittuntur solummodo si vera necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM, 376).

Missae cotidianae defunctorum prohibentur (IM, 381).

3. In Officio feriali, antiphona ad Invitatorium, hymni ad Vigiliis, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horas minores de Tempore sumuntur, respective ante vel post Epiphaniam.

2 Alb Sabb **Ss Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni** EE DD Mem

Ms mem, pf Nat aut de sanctis

Ubi Soll Epiphaniae transfertur in dom:

2 Alb Sabb Ss Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni EE DD Mem

Alb Vp Soll seq

3 Alb ✕ Dom 2 post Nativitatem In Epiphania Domini Soll (*Ps II*)

4 Alb Fer 2 De ea

5 Alb Fer 3 De ea

6 Alb Fer 4 De ea

Alb Vp de dom seq

---

3 Alb ✕ **Dom 2 post Nativitatem Domini De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, Cr, pf Nat

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

---

4 Alb Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf Nat

---

5 Alb Fer 3 **De ea**

Ms matutina fer, pf Nat

Alb Ms vespertina vigiliae, Gl, Cr, pf Epiph

In omnibus Missis vespertinis et diei sequentis, post evangelium, annuntiari possunt festa mobilia iuxta formulam Pontificalis Romani.

In PE I dicuntur *Communicantes* pr.

Prohibentur omnes aliae Missae vespertinae etiam defunctorum.

Alb Vp de Soll seq

**Marienfeld:** S Iohannis Nepomuceni Neumann E Mem — Vp de Soll seq

**Valvisciolo:** (Alb) S Caroli a Setia Rel Mem — Vp de Soll seq

---

6 Alb ✕ Fer 4 **IN EPIPHANIA DOMINI Soll**

Ms in die soll, Gl, Cr, pf Epiph

In PE I dicitur *Communicantes* pr.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

In Missa huius diei, post evangelium, annuntiari possunt festa mobilia iuxta formulam Pontificalis Romani: cf. p. 19 huius calendarii.

---

7 Alb Fer 5 **De ea**

Alb — vel: **S Raymundi de Penyafort P Mem ad lib**

Ms fer, pf Nat aut Epiph; vel mem, pf Nat aut Epiph aut de sancto

**Catalaunia:** (Alb) S Raymundi de Penyafort P Mem

**Lilienfeld, Schlierbach, Wilhering:** (Alb) S Valentini E Mem

**Thyrnau:** (Alb) S Valentini E Fest

---

8 Alb Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf Epiph vel Nat

**Heiligenkreuz, Lilienfeld, Marienfeld, Marienkron, Neukloster, Zwettl:** (Alb) S Severini Mon Mem

**Schlierbach, Wilhering:** (Alb) S Severini Mon Fest

**Seligenthal, Waldsassen:** (Alb) S Erardi E Fest

---

9 Alb Sabb **De eo**

Ms fer, pf Epiph vel Nat

Alb Vp de Fest seq

**Casarrubios, S Benito, S Domingo de Silos:** (Rub) S Eulogii

E M Mem — Vp de Fest seq

---

10 Alb ✕ **Dom 3 post Nativitatem In Baptismate Domini Fest (Ps I)**



Ms fest, Gl, Cr, pf pr

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

---

**INCIPIT TEMPUS PER ANNUM**

11 Vir Fer 2 hebd 1 per annum **De ea**

Ms fer, pf comm; vel ad lib

**Lérins:** (Alb) S Benedicti Biscop A Mem ad lib

**Stična:** (Alb) S Paulini Aquileoensis E Mem

---

12 Alb Fer 3 **S Aelredi** A ON **Mem**

Ms mem, pf comm aut de sancto

---

13 Vir Fer 4 **De ea**

Alb — vel: **S Hilarii** E D **Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf comm aut de sancto; vel ad lib

---

14 Vir Fer 5 **De ea — OM**

Nigr vel viol Ms conv de Req in Anniversario pro OM, pf def

Vir Aliae Mss fer, pf comm; vel ad lib

Cras recurrit dies onomasticus Rev.mi D Mauri-Joseph Lepori, Abbatis Generalis Ordinis Cisterciensis. In or universali peculiaris habeatur intentio.

---

15 Alb Fer 6 **Ss Mauri et Placidi Discipulorum SPN Benedicti Mem**

Ms mem, pf comm aut de sanctis

**Lérins, S Giacomo:** Vp de Soll seq

---

16 Vir Sabb **De eo**

Alb — vel: **BMV in sabb Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf BMV; vel ad lib

In Off BMV in sabb ant ad Ben dicitur extra stalla, necnon ad orr in Ld et in Ms conv incurvamur extra stalla.

Vir Vp de dom seq

**Castagniers:** (Alb) S Honorati E Mem — Vp de dom seq

**Lérins:** (Alb) S Honorati E primi A Lerinensis Soll — Vp de Soll praec

**S Giacomo:** (Alb) S Titiani E Soll — Vp de Soll praec

---

17 Vir ✕ **Dom 2 per annum De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, Cr, pf dom per annum

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

A die 18 ad diem 25 ianuarii fit octiduum supplicationum pro christianorum unitate.

---

18 Vir Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf comm; vel ad lib

**Hungaria:** (Alb) S Margaritae V Fest

**Vyšší Brod:** (Alb) BVM matris unitatis christianorum Mem

---

19 Vir Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf comm; vel ad lib

**Itararé:** Vp de Soll seq

---

20 Vir Fer 4 **De ea**

Rub — vel: **S Fabiani** Pp M **Mem ad lib**

Rub — vel: **S Sebastiani** M **Mem ad lib**

Alb — vel: **B Cypriani-Michaelis Tansi** Mon ON P **Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel unius e mem, pf comm aut de sanctis; vel ad lib

**Eschenbach, Frauenthal, Helfta, Marienstern, Seligenthal:**

(Rub) S Sebastiani M Fest

**Itararé:** (Alb) In Dedic eccl Soll

**Solius:** Vp de Soll seq

**Vyšší Brod, Wilhering:** (Rub) Ss Fabiani Pp et Sebastiani MM  
Mem

---

21 Rub Fer 5 **S Agnetis V M Mem**

Ms mem, pf comm aut de sancta

**Catalaunia:** (Rub) Ss Fructuosi E, Augurii et Eulogii Diacc  
MM Fest

**Moniales:** Fest (vel Mem)

**S Domenico, S Vicente:** Vp de Soll seq

**Solius:** Soll

**Wilhering:** (Rub) S Meinradi M Mem

---

22 Vir Fer 6 **De ea**

Rub — vel: **S Vincentii** Diac M **Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf comm aut de sancto; vel ad lib

**Casarrubios, S Benito, S Domingo de Silos:** Vp de Soll seq  
**Heiligenkreuz, Marienfeld, Marienkron, Neukloster:** (Alb)  
B Ladislai Batthyány-Strattmann Mem

**S Domenico:** (Alb) S Dominici A Soll

**S Vicente:** (Rub) S Vincentii Diac M Soll

**Solius:** (Rub) Ss Fructuosi E, Augurii et Eulogii Diacc MM Fest

---

23 Vir Sabb **De eo**

Alb — vel: **BMV in sabb Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf BMV; vel ad lib

Vir Vp de dom seq

**Casarrubios, S Benito, S Domingo de Silos:** (Alb) S Ildephonsi E D Soll — Vp de Soll praec

**Piedad Bernarda, Sacramento:** (Alb) S Ildephonsi E D Fest — Vp de dom seq

**Seligenthal, Stiepel:** (Rub) B Nicolai Groß M Mem — Vp de dom seq

**Vyšší Brod:** (Alb) Desponsationis BMV cum S Ioseph Mem — Vp de dom seq

---

24 Vir ✠ **Dom 3 per annum De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Gl, Cr, pf dom per annum

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

---

25 Alb Fer 2 **In Conversione S Pauli Ap Fest**

Ms fest, Gl, lectiones pr, pf App

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

Alb Vp de Soll seq

---

26 Alb Fer 3 **SS ROBERTI, ALBERICI ET STEPHANI** AA Cisterciensium **Soll**

Ms soll, Gl, lectiones pr, Cr, pf pr

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

27 Vir Fer 4 **De ea**

Alb — vel: **Ss Timothei et Titi** EE **Mem ad lib**

Alb — vel: **S Angelae Merici** V **Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel unius e mem, lectio prior pr (mem Ss Timothei et Titi), pf comm aut de sanctis; vel ad lib

---

28 Alb Fer 5 **S Thomae de Aquino** P D **Mem**

Ms mem, pf comm aut de sancto

**S Domenico, Valvisciolo:** (Vir) De ea

---

29 Vir Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf comm; vel ad lib

**Casarrubios, S Benito, S Domingo de Silos:** (Alb) S Iuliani  
E Fest

**Heiligenkreuz, Neukloster:** (Alb) S Ioannis Bosco P Mem

**S Lucía:** (Alb) S Valerii E Fest

**Szczyrzyc:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

---

30 Vir Sabb **De eo**

Alb — vel: **BMV in sabb Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf BMV; vel ad lib

Vir Vp de dom seq

**Heiligenkreuz:** Vp de Soll seq

---

31 Vir ✠ **Dom 4 per annum De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, Cr, pf dom per annum

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

**Heiligenkreuz:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

# FEBRUARIUS 2021

OM: 15

- 1 Vir Fer 2 **De ea**  
Alb — vel: **S Raymundi A ON Mem ad lib**  
Ms fer, pf comm; vel mem, pf comm aut de sancto; vel ad lib  
Alb Vp de Soll seq (nisi cras Fest celebratur)  
**Congr de Castilla:** (Alb) S Raymundi A ON Mem — Vp de Soll seq  
**Marienstatt:** (Alb) S Mariae Catharinae Kasper V Mem — Vp de Soll seq
- 

- 2 Alb Fer 3 **IN PRAESENTATIONE DOMINI Soll** (vel **Fest**)  
Ms soll, Gl, lectiones pr, Cr, pf pr (vel Ms fest, Gl, lectiones pr, pf pr)  
Hac die obviam Domino occurrunt christifideles, lumina portantes et illi acclamantes, una cum Simeone, qui “Lumen ad revelationem gentium” Christum agnovit.  
Ad commemorandum mysterium huius diei fit benedictio candelarum aut cum processione, aut cum introitu sollempni.  
Fideles congregantur in ecclesia minore aut alio loco apto extra ecclesiam ad quam processio tendet; et manibus tenent candelas, quas initio ritus accendant.  
Ad candelas benedicendas et in processione Abbas (vel sacerdos celebrans) casulam vel pluviale albi coloris induere potest.  
Dum processio ecclesiam ingreditur, fit cantus ad introitum, eoque expleto, omnis ritibus initialibus, canitur hymnus *Gloria in excelsis* et dicitur collecta.  
Missa deinde prosequitur more solito.  
Dum cantatur evangelium, omnes in choro cereos accensos in manibus tenent, ubi mos est.  
Dum cantatur antiphona ad offertorium, iuxta Ordinis consuetudinem, offerri possunt candelae.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

3 Vir Fer 4 **De ea**

Alb — vel: **S Ansgarii E Mem ad lib**

Rub — vel: **S Blasii E M Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel unius e mem, pf comm aut de sanctis; vel de **B Helinando de Froidmont** Mon ON (Alb), pf comm aut de sancto; vel ad lib

In Vp ant BMV “Ave Regina caelorum” extra stalla.

---

4 Vir Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf comm; vel ad lib

**Frauenthal, Wurmsbach:** Vp de Soll seq

**Zwettl:** (Alb) B Hugonis Turso de Lichtenfels Mem

---

5 Rub Fer 6 **S Agathae V M Mem**

Ms mem, pf comm aut de sancta

**Frauenthal, Wurmsbach:** Soll

**Gwigen, Lichtenthal, Magdenau, Maigrauge, Marienfeld, Mehrerau, Waldsassen:** Fest

**Seligenthal:** (Alb) S Adelheidis V Mon Mem

---

6 Rub Sabb **Ss Pauli Miki et Soc MM Mem**

Ms mem, pf comm aut de sanctis

Vir Vp de dom seq

**Oberschönenfeld:** (Rub) S Dorotheae V M Mem — Vp de dom seq

---

7 Vir ✠ **Dom 5 per annum De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Gl, Cr, pf dom per annum

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

---

8 Vir Fer 2 **De ea**

Alb — vel: **S Hieronymi Emiliani Mem ad lib**

Alb — vel: **S Iosephinae Bakhita V Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel unius e mem, pf comm aut de sanctis;  
vel de **S Stephano de Muret** A (Alb), pf comm aut de sancto;  
vel ad lib

---

9 Vir Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf comm; vel de **B Conrado Bavaro** Mon ON Er (Alb),  
pf comm aut de sancto; vel ad lib

**Congr S Bernardi, Germania:** (Alb) B Conradi Bavari Mon  
ON Er Mem

---

10 Alb Fer 4 **S Scholasticae V Mem**

Ms mem, pf comm aut de sancta

**Moniales:** Fest (vel Mem)

---

11 Vir Fer 5 **De ea**

Alb — vel: **BMV de Lourdes Mem ad lib**

Alb — vel: **S Benedicti Anianensis A Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel unius e mem, pf respective BMV vel  
comm aut de sancto; vel ad lib

**Valldonzella:** Vp de Soll seq

---

12 Vir Fer 6 **De ea**

Alb — vel: **B Humbelinae Mon Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf comm aut de sancta; vel ad lib

**Valldonzella:** (Rub) S Eulaliae V M Soll

---



13 Vir Sabb **De eo**

Alb — vel: **BMV in sabb Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf BMV; vel de **S Adolpho Osnabrugensis** E ON (Alb), pf comm aut de sancto; vel ad lib

Vir Vp de dom seq

**Germania:** (Alb) — vel: S Adolphi Osnabrugensis E ON Mem ad lib — Vp de dom seq

**Valldonzella:** (Alb) B Humbelinae Mon Mem — Vp de dom seq

---

14 Vir ✕ **Dom 6 per annum De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, Cr, pf dom per annum

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

---

15 Vir Fer 2 **De ea — OM**

Nigr vel viol Ms conv de Req in Anniversario pro OM, pf def

Vir Aliae Mss fer, pf comm; vel ad lib

**Hauterive:** Vp de Soll seq

---

16 Vir Fer 3 **De ea**

Rub — vel: **S Petri de Castelnau** Mon ON M **Mem ad lib**

Ms fer, pf comm; vel mem, pf comm aut de sancto; vel ad lib

In Vp “Benedicamus Domino, alleluia, alleluia”.

**Hauterive:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

## TEMPUS QUADRAGESIMAE

### Animadvertenda pro tempore Quadragesimae

1. Feriae Quadragesimae a feria 4 Cinerum usque ad sabbatum ante dominicam in palmis praevalent super memorias Sanctorum, quae proinde forma tantum peculiari celebrari possunt a normis liturgicis statuta (IH, 237-239; IM 355a; cf. p. 12).

2. Missae pro variis necessitatibus permittuntur solummodo si gravior necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM, 374).
3. *Alleluia* semper omittitur tum in Liturgia Horarum tum in celebratione eucharistica.
4. Hymus *Gloria in excelsis* dicitur in sollemnitatibus, in festis necnon in peculiaribus celebrationibus.
5. In Officio feriali, antiphona ad Invitatorium, hymni ad Vigilias, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horas minores de Tempore sumuntur.
6. Altare floribus ornari prohibetur; sonus autem organi aliorumque instrumentorum permittitur tantum ad cantum sustentandum. Excipiuntur tamen dominica *Laetare* (4 Quadr.) atque sollemnitates et festa (*Caer. Ep.* n. 252).
7. In Off genuflectimus ad formas, exceptis dom, Soll et Fest; in Ms conv ad v *Adiuva* in Tractu genuflectimus ad formas, ubi mos est.

17 Viol Fer 4 **Cinerum** (*Ps II*)

Ms fer, pf 3 vel 4 Quadr

Feria 4 Cinerum dies est paenitentiae in universa Ecclesia, ieiunio et a carnis comestione abstinencia peragenda.

Post evangelium et homiliam, benedicuntur et imponuntur cineres, facti de ramis olivarum vel aliarum arborum anno praecedenti benedictis. Actus paenitentialis omittitur.

Benedictio et impositio cinerum fieri potest etiam sine Missa; quo in casu opportune praemittitur liturgia verbi, adhibendo cantum ad introitum, collectam et lectiones cum suis cantibus ut in Missa; post homiliam cineres benedicuntur et imponuntur et celebratio oratione universali clauditur.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

18 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Gallia:** Fieri potest mem S Mariae Bernardae Soubirous V, modo p. 12 indicato

**Casarrubios, S Benito, S Domingo de Silos:** Fieri potest mem S Eladii E, modo p. 12 indicato

19 Viol Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Hauterive, Maigrauge:** Fieri potest mem S Bonifatii Bru-xellensis E, modo p. 12 indicato

**S Susanna:** (Rub) S Gabini M Fest

---

20 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf Quadr

Viol Vp de dom seq

**Seligenthal:** Fieri potest mem S Iacintae de Fatima V, modo p. 12 indicato — Vp de dom seq

---

21 Viol ✕ **Dom 1 in Quadragesima De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Cr, pf pr huius dom

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

In Capitulo legitur cap 49 S Regulae *De observatione Quadragesimae*, cui iungitur ultima pars capituli praecedentis *In Quadragesimae vero diebus*. Deinde ad nutum Superioris fit distributio librorum.

**Austria, Germania, Helvetia:** Hebd Quat Temp

**Cortona:** Vp de dom

---

22 Alb Fer 2 **Cathedrae S Petri Ap Fest**

Ms fest, Gl, lectiones pr, pf App

Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

**Cortona:** (Alb) S Margaritae Poenitentis Soll

---

23 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Polycarpi** E M, modo p. 12 indicato

---

24 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Austria, Germania, Hungaria // Eschenbach, Frauenthal, Magdenau, Stična, Wurmsbach:** (Rub) S Matthiae Ap Fest  
**Agrigento:** Vp de Soll seq

---

25 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Agrigento:** (Alb) S Gerlandi E Soll

**Seligenthal:** Fieri potest mem S Walburgae V, modo p. 12 indicato

---

26 Viol Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

---

27 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf Quadr

Viol Vp de dom seq

---

28 Viol ✕ **Dom 2 in Quadragesima De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Cr, pf pr huius dom

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

---

# MARTIUS 2021

OM: 1

1 Viol Fer 2 **De ea — OM**

Ms fer, pf Quadr. Ms conv pro OM applicanda est

---

2 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

---

3 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

Dies, quo ubique terrarum mulieres precando coniunguntur.

**Wąchock:** Vp de Soll seq

---

4 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Casimiri**, modo p. 12 indicato

**Mogiła, Szczyrzyc, Szklane Domy:** (Alb) S Casimiri Fest

**Wąchock:** (Alb) S Casimiri Soll

---

5 Viol Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Lérins:** Fieri potest mem S Virgilii E, modo p. 12 indicato

---

6 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf Quadr

Viol Vp de dom seq

---

7 Viol ✠ **Dom 3 in Quadragesima De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Cr, pf Quadr

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

---

8 Viol Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Ioannis a Deo Rel vel S Stephani Obazinensis A ON**, modo p. 12 indicato

---

9 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Franciscæ Romanæ Rel**, modo p. 12 indicato

---

10 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Vyšší Brod:** Fieri potest mem S Ioannis Ogilvie P M, modo p. 12 indicato

---

11 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

---

12 Viol Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

Cras recurret anniversarium electionis in Summum Pontificem Papae Francisci (2013).

---

13 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf Quadr

In omnibus Missis habeatur peculiaris intentio pro Papa in or universali.  
Dies, quo ubique terrarum pro christianis persecutionem patientibus preces effunduntur.

Viol Vp de dom seq

In Vp et cras pulsantur organa, et paramenta coloris rosacei adhiberi possunt.

---

14 Viol ✘ **Dom 4 in Quadragesima De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Cr, pf Quadr

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequalis.

---

15 Viol Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

**Heiligenkreuz, Lilienfeld, Marienfeld, Neukloster, Zwettl:**

(Alb) S Clementis Mariae Hofbauer P Fest

**Schlierbach:** Fieri potest mem S Clementis Mariae Hofbauer  
P, modo p. 12 indicato

---

16 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf Quadr

---

17 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Patricii** E, modo p. 12  
indicato

---

18 Viol Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf Quadr. Fieri potest mem **S Cyrilli Hierosolymitani**  
E D, modo p. 12 indicato

Alb Vp de Soll seq

---

19 Alb ✘ Fer 6 **S IOSEPH** Sponsi BMV **Soll**

Ms soll, Gl, lectiones pr, Cr, pf pr

Prohibetur aliae celebrationes et, ubi sollemnitas est de praecepto servanda,  
etiam Missa exsequalis.

---

20 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf Quadr

Viol Vp de dom seq

Usus cooperiendi cruces et imagines per ecclesiam servari potest, de iudicio Conferentiae Episcoporum. Cruces velatae manent usque ad expletam celebrationem Passionis Domini, feria 6 Hebdomadae sanctae, imagines vero usque ad initium Vigiliae paschalis.

---

21 Viol ✖ **Dom 5 in Quadragesima De ea** (*Ps I*)

Ms dom, Cr, pf Quadr

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

---

22 Viol Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf 1 Pass

**Stiepel:** Fieri potest mem B Clementis Augustini de Galen E, modo p. 12 indicato

---

23 Viol Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf 1 Pass. Fieri potest mem **S Turibii de Mogrovejo** E, modo p. 12 indicato

---

24 Viol Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf 1 Pass

Alb Vp de Soll seq

---

25 Alb Fer 5 **IN ANNUNTIATIONE DOMINI Soll**

Ms soll, Gl, lectiones pr, Cr, pf pr

Ante Ms conv processio sollemnis ubi mos est.

Ad verba symboli *Et incarnatus... factus est* omnes genua flectunt.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

**Jequitibá:** Vp de Soll praec

---

26 Viol Fer 6 **De ea**



Ms fer, pf 1 Pass

**Stiepel:** (Alb) S Ludgeri E Fest

**Jequitibá:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

27 Viol Sabb **De eo**

Ms fer, pf 1 Pass

Rub Vp de dom seq

---

### HEBDOMADA SANCTA

1. In hebdomada sancta Ecclesia salutis mysteria celebrat a Christo ultimis vitae suae diebus impleta, incipiens ab ipsius ingressu messianico in Ierusalem, usque ad eius beatam passionem et gloriosam resurrectionem.

Tempus quadragesimale usque ad feriam quintam protrahitur.

A Missa vespertina «in Cena Domini» incipit triduum paschale, quod pergit feria 6 «in passione Domini» et sabbato sancto, centrum suum habet in vigilia paschali et clauditur vespers dominicae Resurrectionis.

Praestat ferias huius hebdomadae celebrationi paenitentiae dicari.

2. Ritus hebdomadae sanctae, idest benedictio et processio palmarum, repositio Ss.mi Sacramenti post Missam in Cena Domini, Actio liturgica feria 6 in Passione Domini et Vigilia paschalis, per se celebrari possunt in omnibus ecclesiis et oratoriis.

Expedit tamen ut in ecclesiis quae non sunt paroeciales et in oratoriis celebrentur tantummodo si digne peragi possunt, idest cum congruo numero ministrorum, cum facultate exsequendi saltem aliquas partes cum cantu, et cum sufficienti frequentia fidelium. Secus, expedit ut huiusmodi celebrationes in ecclesiis tantum paroecialibus aliisque ecclesiis maioribus persolvantur.

Curent animarum pastores sensum et structuram rituum horum dierum fideles sedulo edocere, eosque ad actuosam et fructuosam eorundem participationem manuducere.

28 Rub ✠ **Dom In Palmis de Passione Domini De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Cr, pf pr huius dom

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

1. Dominica palmarum in passione Domini, qua Ecclesia mysterium Domini sui mortui, sepulti et resurgentis ingreditur, regalem Christi triumphum et eius passionis nuntium coniungit: uterque mysterii paschalis aspectus in catechesi huius diei exponatur.

2. Ingressus Domini in Ierusalem sollempni processione palmarum recolitur. Haec autem

una semper sit, et ante Missam conventualem celebretur aut ipsius diei dominicae aut vespertinam sabbati.

Collecta fiat in ecclesia minore aut alio loco apto extra ecclesiam, ad quam processio tendet. Communitas et fideles processionem participant cantando et ramos palmarum aut aliorum arborum manibus gestando. Idem faciant Abbas (sacerdos celebrans) eiusque ministri. Rami autem eo benedicuntur, ut in processione deferantur, secundo vero ut, cum domi religiose servantur, in mentem revocent Christi victoriam processione huius diei celebratam.

3. Ad commemorandum Domini ingressum in Ierusalem, praeter processionem, Missale introitum sollemne proponit, ibi adhibendum ubi processio extra ecclesiam fieri nequit, ante Missam conventualem agendum, cum facultate illum iterandi ante aliam Missam quae cum magno populi concursu celebrari solet; et introitum simplicem, in ceteris Missis adhibendum.

4. Hac die paramenta adhibentur rubri coloris. In processione Abbas (sacerdos celebrans) pluviale vel casulam induere potest.

5. Post processionem vel introitum sollemne, omittuntur signum crucis et actus paenitentialis vel aspersio aquae benedictae initio Missae, et dicitur statim collecta. Missa deinde prosequitur more solito.

6. Ad bonum spirituale fidelium expedit historiam passionis integre legi, ceteris lectionibus quae passionem praecedunt minime omissis. Post passionem autem homilia, etsi brevis, habeatur.

7. Historia Passionis Domini legitur absque luminaribus et absque incenso, sine salutatione et signatione libri. Legitur autem a diacono vel, ipso deficiente, a sacerdote. Legi potest etiam a lectoribus, parte Christi, si fieri potest, sacerdoti reservata. Diaconi, non autem alii, ante lectionem Passionis, petunt benedictionem sacerdotis, uti alias ante Evangelium. In fine dicitur: *Verbum Domini*, sed osculum libri omittitur. In historia Passionis ad articulum mortis Domini conventus genuflexus veniam petit versus altare.

8. Ubi Missa celebrari nequit, sacra habeatur verbi Dei celebratio de ingressu messianico et de passione Domini, vel sabbato horis vespertinis vel die dominica, hora opportuniore.

## 29 Viol Fer 2 **Hebdomadae Sanctae De ea**

Ms fer, pf 2 Pass

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

## 30 Viol Fer 3 **Hebdomadae Sanctae De ea**

Ms fer, pf 2 Pass

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

MARTIUS 2021

31 Viol Fer 4 **Hebdomadae Sanctae De ea**

Ms fer, pf 2 Pass

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

# APRILIS 2021

OM: 14

1 Viol Fer 5 **Hebdomadae Sanctae De ea**

## TRIDUUM SACRUM PASCHALE

1. Tridui paschalis, idest Sponsi sui mortui, sepulti et suscitati celebratione Ecclesia intendit mysterium Paschatis, seu transitum Domini ex hoc mundo ad Patrem, praesens reddere et implere.

Iuxta Ecclesiae primaevae traditionem, sacrum esto ieiunium paschale, feria 6 in passione Domini ubique celebrandum et, iuxta opportunitatem, etiam sabbato sancto producendum, ita ut, elato et aperto animo, ad gaudia dominicae Resurrectionis perveniatur (SC, 110).

2. Celebrationes tridui sacri ibi tantum peragantur, ubi digne et decore persolvi possint. Praestat proinde ut parvae communitates religiosae ad celebrationes conveniant in ecclesiis maioribus, fidelium participationem fovendo.

3. Valde commendatur communis celebratio Vigiliae et Laudum feria 6 in passione Domini et sabbato sancto: hac ratione communitas christiana passionem efficacius et plenius meditatatur, nuntium resurrectionis expectans.

4. In Triduo Sacro ad Ben et ad Mgn ant extra stalla dicuntur.

**Alb** Ms vespertina in Cena Domini pr, Gl, pf 1 Euch

In PE I dicuntur *Communicantes, Hanc igitur, Qui pridie pr.*

Prohibentur omnes Missae sine populo necnon Missae exsequiales.

1. Hac Missa, quae horis vespertinis feriae 5 hebdomadae sanctae celebratur, Ecclesia incipit sacrum Triduum paschale, et studet cenam illam novissimam recolere, qua Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, suos qui erant in mundo usque ad finem diligens, Corpus et Sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo obtulit ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit.

Animorum attentio, per homiliam praesertim, ad mysteria convertatur quae in hac Missa commemorantur, quae sunt Eucharistiae et Ordinis sacerdotalis institutio necnon mandatum Domini de caritate fraterna.

2. Missa in cena Domini celebranda est vespere, hora magis opportuna.

Presbyteri qui in Missa chrismatis iam concelebraverint, vel aliam Missam in bonum fidelium celebrare teneantur, etiam in hac Missa concelebrare possunt.

3. Altare floribus ornatur ea moderatione, quae indoli huius diei conveniat. Tabernaculum vacuum sit; pro communione communitatis et populi hodie et crastina die sufficiens copia panis consecratur in hac Missa.

4. Ad Eucharistiam pro communione diei sequentis asservendam sacellum convenienter ornatur, in quo oratio et meditatio foveantur; valde tamen commendatur severitas quae liturgiae horum dierum convenit.

Si Sacramentum de more in sacello asservatur ab ecclesiae navi centrali separato, locus repositionis et adorationis in ipso sacello convenienter paratur.

Sacramentum tamen in tabernaculo clauso custodiatur, expositione in ostensorio omnino exclusa. Tabernaculum insuper speciem sepulcri minime prae se ferat; immo vox ipsa «sepulcrum» vitetur: sacellum enim repositionis non vult sepulcrum Domini repraesentare, sed tantummodo ad Sacramentum pro communione diei sequentis asservandum destinatur.

5. Dum cantatur *Gloria* pulsantur campanae, quae, hymno expleto, silent usque ad Vigiliam paschalem, nisi Conferentia Episcoporum vel Episcopus dioecesis, pro opportunitate, aliud statuerit. Item, eodem tempore organum aliaque musica instrumenta adhiberi possunt tantummodo ad cantum sustentandum.

6. Lotio pedum servitium et caritatem Christi manifestat, qui venit non ministrari, sed ministrare. Praestat hanc traditionem servari et genuino ipsius sensu explanari. Mandatum celebratur aut intra Missam post homiliam aut immediate ante Missam in claustrum vel in capitulo.

7. In processione donorum convenienter afferuntur etiam dona pro pauperibus, ea praesertim quae tempore Quadragesimae, tamquam paenitentiae fructus, collecta sunt. Interim canitur hymnus *Ubi caritas*.

8. Expleta oratione post communionem, omissis ritibus conclusionis, processio instruitur per ecclesiam cum incenso et luminaribus, qua Eucharistia ad sacellum repositionis deportatur.

9. Expleta celebratione huius diei, altare privatim denudatur et auferuntur, si fieri potest, cruces ab ecclesia. Expediit ut cruces, quae forte in ecclesia remanent, velentur, nisi iam velatae sint ex praescripto Conferentiae Episcoporum.

10. Invitentur fideles, ut per congruum noctis tempus, secundum locorum et rerum adiuncta, adorationem peragant coram Ss.mo Sacramento asservato; attamen post mediam noctem haec adoratio absque sollemnitate fiat.

11. Processio et repositio Sacramenti ne fiant in ecclesiis, in quibus actio liturgica in Passione Domini sequenti feria 6 non celebrabitur.

Viol Vp ab iis, qui Ms vespertinae intersunt, non dicuntur.

## 2 Rub Fer 6 In Passione Domini De ea

1. Hac die, qua Pascha nostrum immolatus est Christus, crucem Domini et Sponsi sui intuens et adorans, Ecclesia suum ortum commemorat e latere Christi in cruce dormientis, et pro totius mundi salute intercedit.

2. Iuxta antiquissimam traditionem, Ecclesia hac die Eucharistiam non celebrat.

Sacra communio fidelibus distribuitur unice inter celebrationem Passionis Domini; infirmis autem, qui hanc celebrationem participare nequeunt, quacumque diei hora deferri potest.

3. Sacramentorum celebratio, praeter quam Paenitentiae et Unctionis infirmorum, hac die ne habeatur. Exsequiae autem sine cantu et absque organi et campanarum sonu peragantur.

4. Celebratio Passionis Domini agenda est horis postmeridianis, et quidem circa horam tertiam; si vero ratio pastoralis id suadet, aptior hora seligi potest ab hora duodecima, sed non ultra horam nonam postmeridianam.

5. Tota actio liturgica iuxta ea, quae in libris liturgicis describuntur, peragatur. Nemo autem mutationes proprio Marte in illam inducat.

Secundum traditionem ON sequentia observari possunt: Ad monitiones stat Conventus versus altare; ad or seq inclinatur super misericordias; ad impropria *Popule meus* Conventus stat ad invicem; ad invitationem *Ecce lignum crucis* Chorus veniam petit super manuum articulos, usque dum Cantor imponit ps *Beati immaculati*; ad hymnum *Pange, lingua* Conventus stat in stallis versus altare; ad adorationem crucis singuli e Choro bini et bini accedunt; Conventus sedere potest ad nutum Superioris, dum duos Sacerdotes crucem hospitibus adorandam porrigunt; absoluta adoratione ad ant *Super omnia* Chorus veniam petit, sed eandem ant erectus super genua prosequitur

6. Altare nudum sit: sine tobaleis, sine cruce, sine candelabris.

7. Pro lectione passionis Domini, cf. ea quae in dominica palmarum dicta sunt.

8. Crux quae populo ostenditur et adoranda praebetur sat magna sit et eleganti manu sculpta. Formula autem ad crucem ostendendam et responsio populi cantu proferantur. Unica tantum crux, ratione veritatis signi, adorationi praebetur; provideatur tamen ut singuli fideles crucem adorare possint: quod magni momenti est in celebratione huius diei. Ritus proinde in quo crux ab omnibus una simul silentio adoratur, adhibeatur tantummodo si fideles vere numerosiores celebrationem participant.

9. Post celebrationem Passionis Domini Ss.ma Eucharistia reportatur, forma simplici, ad locum asservationis, et ibidem custoditur, lampade de more accensa. Et privatim denudatur altare, relictis tamen cruce et candelabris.

Praestat locum aptum parari (v. gr. sacellum in quo repositio et adoratio Sacramenti die praecedenti facta est) et orationi et meditationi congruum, in quo crux deponatur a fidelibus adoranda.

10. Magni fiant etiam pia populi pietatis exercitia, quae momentum pastorale prae se ferunt, v. gr. «Via crucis», processiones de passione Domini, memoria dolorum BMV.

Eorum textus et cantus cum liturgia congruant, immo ad ipsam participandam fideles inducant.

11. Feria 6 in Passione Domini dies est paenitentiae in universa Ecclesiae, ieiunio et a carnis comestione abstinencia peragenda.

Vp ab iis, qui celebrationi Passionis Domini interfuerunt, non dicuntur

---

### 3 Viol **Sabbatum Sanctum De eo**

1. Sabbato sancto Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, passionem eius et mortem necnon descensum ad inferos meditando, eius resurrectionem ieiunio et oratione expectando.

2. Fidelium venerationi in ecclesia proponi potest imago Christi crucifixi aut in sepulcro depositi, aut imago eius descensus ad inferos, quae mysterium Sabbati sancti illustret, aut demum imago B. Virginis perdolentis.

3. Hac die Ecclesia ab Eucharistiae celebratione omnino abstinere. Sacra communio solummodo ad modum viatici dari potest. Matrimonii aliorumque sacramentorum, praeterquam Paenitentiae et Unctionis infirmorum, celebratio ne habeatur.

4. Fideles de peculiari natura huius diei erudiantur. Celebritates vero festivae, quae cum Paschae celebratione sabbato sancto olim anticipata conectebantur, nocti et diei Paschatis reserventur.

5. Completorium omittitur ab iis qui Vigiliae pasch. intersunt.

---

## TEMPUS PASCHALE

### 4 Alb ✠ **DOMINICA PASCHAE IN RESURRECTIONE DOMINI Soll** cum octv (*Ps I*)

In Ms Vigiliae paschalis, pf 1 pasch

In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* Pasch.

Ad *Ite missa est* additur duplex *Alleluia* usque ad dom Octv inclusive.

### VIGILIA PASCHALIS IN NOCTE SANCTA

1. Ex antiquissima traditione, ista nox est observabilis Domini, et Vigilia quae in ea celebratur, noctem sanctam commemorando qua Dominus resurrexit, habetur ut «mater omnium sanctarum vigiliarum». In ea enim Ecclesia resurrectionem Domini vigilando expectat, eamque sacramentis initiationis christianae celebrat. Ipsi autem Vigiliae indolem expectationis adventus Domini eschatologici traditio christiana semper agnovit.

2. Tota celebratio Vigiliae paschalis peragitur noctu, ita ut vel non incipiatur ante initium noctis, vel finiatur ante diluculum diei dominicae. Usus agendi Vigiliam paschalem horis vespertinis in quibus Missae dominicae sabbato anticipari solent, reprobandus est. Ita in super tota celebratio ordinanda est ut eius natura vigiliae protractae servetur.

3. Celebratio solius Missae sine ritibus Vigiliae paschalis non permittitur.

4. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis et oratoriis ubi actiones liturgicae feriae 5 et feriae 6 locum non habuerunt, et omitti ubi praefatae actiones sacrae celebratae sunt.

5. Per totam actionem liturgicam sacri ministri induuntur, sicut ad Missam, paramentis albi coloris.

6. Vigilia huius noctis ita ordinatur, ut post breve lucernarium (quod est prima pars huius Vigiliae) sancta Ecclesia meditetur mirabilia, quae fecit Dominus Deus populo suo ab initio, confisa verbo eius et promisso (pars secunda seu liturgia verbi), usque dum, appropinquante die resurrectionis, cum novis membris in baptismate renatis (pars tertia), vocatur ad mensam, quam Dominus populo suo praeparavit per memoriale mortis et resurrectionis suae, donec veniat (quarta pars).

Tota Vigilia paschalis symbolis et ritibus perficitur, quae amplitudine et dignitate ipsis consona peragi debent, ita ut fideles eorum sensum attingere possint, monitionibus et orationibus etiam insinuatam. Praestat praesertim fideles brevi monitione introducere ad intelligendum sensum typologicum lectionum Veteris Testamenti quae in Vigilia proponuntur.

7. Ad ignem benedicendum quantum fieri potest, loco apto extra ecclesiam rogos ardens paretur, cuius flamma revera tenebras valeat dissipare et noctem illuminare.

8. Cereus paschalis, ad signi veritatem servandam, ex cera sit confectus, integer, sat notabilis magnitudinis, singulis annis renovandus: figuram enim Christi exprimere debet qui, vera lux, mundum illuminat. Signis autem et verbis benedicatur in libris liturgicis relatis, vel ab Episcoporum conferentia statutis.

9. Praeconium paschale annuntiari potest, absente diacono, a cantore, qui tamen benedictionem a celebrante non accipit et omittit alteram partem invitationis (*Quapropter...*) necnon salutationem *Dominus vobiscum*.

Cani potest forma longiore vel forma brevior.

10. Lectio verbi Dei est pars fundamentalis huius Vigiliae. Etiam in casibus peculiaribus, legendae sunt saltem tres aut minimum duae lectiones Veteris Testamenti; numquam omittenda est lectio libri Exodi (n. 3). En series lectionum huius Vigiliae:

1. Gen 1, 1-2, 2 (*vel* 1, 1. 26-31a).

2. Gen 22, 1-18 (*vel* 22, 1-2. 9a. 10-13. 15-18).

3. Ex 14, 15-15, 1.

4. Is 54, 5-14.

5. Is 55, 1-11.

6. Bar 3, 9-15. 32-4, 4.



7. Ez 36, 16-17a. 18-28.

8. Rom 6, 3-11.

9. Mc 16, 1-7.

11. Liturgia baptismalis Vigiliae paschalis plenitudinem attingit cum adultorum, vel saltem parvulorum, baptismus celebratur. Attamen, etsi baptismus non est celebrandus, memoria baptismi fiat benedictione aquae, qua post renovatas promissiones baptismales populus aspergitur.

12. Ad Missae evangelium proclamandum thus adhiberi potest, sed luminaria non portantur.

13. Praestat plenitudinem signi eucharistici in Vigilia paschali communionem attingi, quae sub speciebus panis et vini distribuatur. Ordinarii locorum opportunitatem et circumstantias huius concessionis perpendant et de iis normas praebent.

14. Missa Vigiliae est Missa paschalis dominicae Resurrectionis. Qui celebrat vel concelebrat Missam noctis, potest etiam Missam diei Paschatis celebrare vel concelebrare.

15. Vigiliae diei Paschatis omittuntur ab iis qui Vigiliae pasch. interfuerunt.

Ms in die, Gl, sequentia, Cr, pf 1 pasch

In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

1. Missa diei Paschatis magna cum sollemnitate celebretur. In ea, loco actus paenitentialis, aspersio fiat aquae (in nocte) benedictae, ut baptismi memoria revocetur.

2. Cereus paschalis, apud ambonem vel apud altare collocandus, ibique toto tempore paschali servandus, in celebrationibus liturgicis sollemnioribus huius temporis, id est in Missa, in Laudibus et in Vesperis, accendatur, usque ad dominicam Pentecostes.

3. Hodie in Capitulo, stantibus omnibus detecto capite praenuntiat Cantor: *Hac Die* etc, quibus dictis, omnes resideant, humiliantes se mutuo et Invitator incipit ut alias.

In Vp ant BMV "Regina Caeli" extra stalla.

Salutatio angelica stando dicitur usque ad Completorium dom Pentecostes inclusive. Loco orationis *Angelus Domini*, toto tempore paschali dicitur ant *Regina coeli*.

Usque ad dom 2 Paschae inclusive dicitur in Ld et Vp *Benedicamus Domino, alleluia, alleluia*.

---

5 Alb Fer 2 **Infra Octavam Paschae De ea**

Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch

In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.

Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.  
Per totam octv ad Ben et Mgn ant dicuntur extra stalla, atque “Benedicamus  
Domino” et ad horas minores hymni in tono dom canuntur.

**Neukloster:** In Dedic eccl Soll transfertur in diem 12 aprilis

---

6 Alb Fer 3 **Infra Octavam Paschae De ea**  
Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch  
In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.  
Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

7 Alb Fer 4 **Infra Octavam Paschae De ea**  
Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch  
In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.  
Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

8 Alb Fer 5 **Infra Octavam Paschae De ea**  
Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch  
In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.  
Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

9 Alb Fer 6 **Infra Octavam Paschae De ea**  
Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch  
In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.  
Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

---

10 Alb Sabb **Infra Octavam Paschae De eo**  
Ms octv, Gl, sequentia ad lib, sine Cr, pf 1 pasch  
In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.  
Prohibentur aliae celebrationes, excepta Missa exsequiali.

Alb Vp de dom seq

---

11 Alb ✕ In octava Paschae **Dom 2 Paschae seu De Divina Misericordia De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, sequentia ad lib, Cr, pf 1 pasch

In PE I dicuntur *Communicantes* et *Hanc igitur* pr.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

Hymni ad Horas in tono Soll.

**Neukloster:** Vp de dom

---

### **Animadvertenda pro tempore paschali**

1. In feriis, in quibus non occurrat memoria obligatoria, eligi potest aut Officium et Missa de feria aut Officium et Missa de Sancto eo die in calendario vel in Martyrologio inscripto (IH, 244; IM, 355 *b*).

2. Missae pro variis necessitatibus et votivae permittuntur solummodo si vera necessitas aut utilitas pastoralis id postulet (IM, 376).

Missae cotidianae defunctorum prohibentur (IM, 381).

3. In Officio feriali, antiphona ad Invitatorium, hymni ad Vigilias, ad Laudes et ad Vesperas et antiphona ad Horam mediam de Tempore sumuntur.

4. In antiphonis additur *Alleluia*, nisi iam habeatur, et nisi cum sensu verborum minus congruat.

12 Alb Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf pasch

In fer TP ad Ld et Vp *Benedicamus Domino* atque ad Horas hymni in 3° tono canuntur.

**Neukloster:** (Alb) In Dedic eccl Soll translata

---

13 Alb Fer 3 **De ea**

Rub — vel: **S Martini I Pp M Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel mem, pf pasch aut de sancto; vel de **B Ida Lovaniensis Mon** ON (Alb), pf pasch aut de sancta

---

14 Alb Fer 4 **De ea — OM**

Ms fer, pf pasch. Ms conv pro OM applicanda est

---

15 Alb Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf pasch

---

16 Alb Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Kismaros:** Vp de Soll seq

**Lichtenthal, Marienfeld, Stična:** (Alb) S Mariae Bernardae  
Soubirous V Mem

---

17 Alb Sabb **De eo**

Ms fer, pf pasch

Alb Vp de dom seq

**Kismaros:** (Alb) In Dedic eccl Soll — Vp de dom seq

**Mariengarten:** (Rub) Ss Cassiani M et Vigili E M Fest — Vp  
de dom seq

**Marienthal:** (Rub) Ss Decentii, Germanonis et Soc MM Fest  
— Vp de dom seq

---

18 Alb ✠ **Dom 3 Paschae De ea** (*Ps 1*)

Ms dom, Gl, Cr, pf pasch

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

---

19 Alb Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Chiaravalle della Colomba:** Vp de Soll seq

**Wilhering:** (Rub) B Marcelli Callo M Mem

---

20 Alb Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Chiaravalle della Colomba:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

21 Alb Fer 4 **S Anselmi E D Mem**

Ms mem, pf pasch aut de sancto

**Bavaria:** (Alb) S Conradi de Parzham Rel Mem

**Thyrnau:** (Alb) S Conradi de Parzham Rel Fest — Vp de Soll seq

---

22 Alb Fer 5 **De ea**

Alb — vel: **B Mariae Gabrielae Mon ON Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel mem, pf pasch aut de sancta

**Bavaria:** (Alb) S Anselmi E D Mem

**Catalaunia, Polonia:** Vp de Soll seq

**Thyrnau:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

23 Alb Fer 6 **De ea**

Rub — vel: **S Adalberti E M Mem ad lib**

Rub — vel: **S Georgii M Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel unius e mem, pf pasch aut de sanctis

**Catalaunia:** (Rub) S Georgii M Soll

**Hungaria // Helfta, Porta Coeli, Vyšší Brod:** (Rub) S Adalberti E M Fest

**Polonia:** (Rub) S Adalberti E M Soll

**Heiligenkreuz, Marienfeld, Neukloster:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

**Marienstatt, S Lucía:** (Rub) S Georgii M Fest

---

24 Alb Sabb **De eo**

Rub — vel: **S Fidelis a Sigmaringen P M Mem ad lib**

Alb — vel: **S Franchae Mon ON Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel unius e mem, pf pasch aut de sanctis

Alb Vp de dom seq

**Congr S Bernardi:** (Alb) S Franchae Mon ON Mem — Vp de dom seq

**Hungaria:** (Rub) — vel: S Georgii M Mem ad lib — Vp de dom seq

**Birnau, Gwiggan, Mehrerau:** (Rub) S Fidelis a Sigmaringen P M Fest — Vp de dom seq

**Boulaur:** (Alb) — vel: S Caerasii E Mem ad lib — Vp de dom seq

**Vyšší Brod:** (Rub) S Georgii M Mem — Vp de dom seq

25 Alb ✱ **Dom 4 Paschae De ea** (*Ps II*)

Ms dom, Gl, Cr, pf pasch

Hac dominica peculiare supplicationes fiunt pro fovendis vocationibus sacerdotalibus et religiosis. Haec intentio, fidelibus explicanda in homilia, preces informet in oratione universali.

Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.

**Cortona:** Vp de dom

26 Alb Fer 2 **De ea**

Ms fer, pf pasch; vel de **S Ioanne de Valentia** E ON (Alb), pf pasch aut de sancto

**Catalaunia:** Vp de Soll seq

**Hispania:** (Alb) S Isidori de Sevilla E D Fest

**Cortona:** (Rub) S Marci Ev Soll translata

27 Alb Fer 3 **De ea**

Alb — vel: **S Raphaëlis** oblati ON **Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel mem, pf pasch aut de sancto

**Austria, Helvetia:** (Alb) — vel: S Petri Canisii P D Mem ad lib

**Catalaunia:** (Alb) BMV de Montserrat Soll

**Germania // Hauterive, Maigrauge, Stams:** (Alb) S Petri Canisii P D Fest

**Lérins:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

---

28 Alb Fer 4 **De ea**

Rub — vel: **S Petri Chanel P M Mem ad lib**

Alb — vel: **S Ludovici Mariae Grignon de Montfort P Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel unius e mem, pf pasch aut de sanctis

**Lazkao:** (Alb) S Prudentii E Fest

**S Domenico:** (Alb) Transl S Dominici A Mem

---

29 Alb Fer 5 **S Catharinae Senensis V D Mem**

Ms mem, pf pasch aut de sancta

**Europa:** (Alb) S Catharinae Senensis V D et Patronae Fest

**Schlierbach, Wilhering:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

---

30 Alb Fer 6 **De ea**

Alb — vel: **S Pii V Pp Mem ad lib**

Ms fer, pf pasch; vel mem, pf pasch aut de sancto

**Marienstatt, Oberschönenfeld, Seligenthal, Thyrnau, Waldsassen:** Vp de Soll seq

**Schlierbach, Wilhering:** (Alb) S Catharinae Senensis V D Fest

**Vyšší Brod:** (Rub) S Sigismundi M Mem

---

# MAIUS 2021

OM: 28

- 1 Alb Sabb **De eo**  
Alb — vel: **S Ioseph Opificis Mem ad lib**  
Ms fer, pf pasch; vel mem, Evangelium pr, pf de S Ioseph *Et te in commemoratione*
- Alb Vp de dom seq  
**Casamari:** (Rub) S Ambrosii M Fest — Vp de dom seq  
**Lichtenthal:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest — Vp de dom seq  
**Marienstatt:** (Alb) In Dedic eccl Soll — Vp de dom seq  
**Oberschönenfeld, Seligenthal, Thyrnau, Waldsassen:** (Alb) BMV Patronae Bavariae Soll — Vp de dom seq  
**Stična:** (Alb) S Ioseph Opificis Fest — Vp de dom seq
- 
- 2 Alb ✠ **Dom 5 Paschae De ea** (*Ps I*)  
Ms dom, Gl, Cr, pf pasch  
Prohibentur aliae celebrationes necnon Missa exsequialis.  
**Polonia // Pavia:** Vp de dom
- 
- 3 Rub Fer 2 **Ss Philippi et Iacobi App Fest**  
Ms fest, Gl, lectiones pr, pf App  
Prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.  
**Polonia:** (Alb) BMV Reginae Poloniae Soll  
**Chiaravalle Milanese, Schlierbach, Wąchock, Wilhering:** Vp de Soll seq  
**Pavia:** (Alb) In Dedic eccl Soll
-



4 Alb Fer 3 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Castagniers:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest

**Chiaravalle Milanese:** (Alb) In Dedic eccl Soll translata

**Cotrino, Szczyrzyc:** Vp de Soll seq

**Frauenthal:** (Rub) Ss Liberati et Vicentii MM Fest

**Heiligenkreuz, Lilienfeld, Marienfeld, Marienkron, Neukloster, Seligenthal, Vyšší Brod, Zwettl:** (Rub) Ss Floriani et Soc MM Mem

**Mogila, Szklane Domy:** (Rub) S Floriani M Fest

**Pavia:** (Alb) BMV Matris Gratiae Fest

**Porta Coeli:** (Alb) S Athanasii E D Mem

**Rein:** (Rub) S Floriani M Mem

**S Caterina:** (Alb) S Paulini E Fest

**Schlierbach, Wąchock:** (Rub) S Floriani M Soll

**Wilhering:** (Rub) Ss Floriani et Soc MM Soll

---

5 Alb Fer 4 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Claraval:** Vp de Soll seq

**Cotrino:** (Alb) S Mariae de Cutrino Soll

**Lérins:** (Alb) S Hilarii Arelatensis E Mem

**Pavia:** (Rub) Ss Philippi et Iacobi App Fest

**Szczyrzyc:** (Alb) In Dedic eccl Soll

---

6 Alb Fer 5 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Polonia:** (Rub) Ss Philippi et Iacobi App Fest

**Claraval:** (Alb) In Dedic eccl Soll

**Vyšší Brod:** (Rub) S Ioannis Sarkander P M Mem

---

7 Alb Fer 6 **De ea**

Ms fer, pf pasch

**Hungaria:** (Alb) B Gisellae Rel Fest

**Polonia // Mariënkroon, Stams:** Vp de Soll seq

**Magdenau, Wurmsbach:** (Alb) B Notkeri Mon Mem

**Seligenthal, Thyrnau:** (Alb) B Gisellae Rel Mem

---

8 Alb Sabb **De eo**

Ms fer, pf pasch

Alb Vp de dom seq

**Polonia:** (Rub) S Stanislai E M Soll — Vp de dom seq

**Lichtenthal:** (Alb) B Ulricae Nisch V Mem — Vp de dom seq

**Mariënkroon:** (Alb) In Dedic eccl Soll — Vp de dom seq

**Seligenthal:** (Alb) B Mariae Teresiae de Jesu Gerhardinger V Rel Mem — Vp de dom seq

**Stams:** (Rub) Pretiosissimi Sanguinis DNIC Soll — Vp de dom seq

**Stična:** (Alb) In Dedic eccl cath Fest — Vp de dom seq

